FVNVS PVBLICVM

IOHANNIS DANERII

IVSSV

FRANCISCI I.

P. F. A.

REGNI VTRIVSQ. SICIL. ET HIERVSALEM REGIS.



NEAPOLI. Typograph. a Reb. Bellic. An. MDCCCXXVI.

Ad Templi valvas.

ADESTE · BONI · VESTRA · RES · AGITVR

OCCIDIT · ILLE

NVLLI · FLEBILIOR · QVAM · VOBIS

In fronte cenotaphii.

A ☧ ω

PACI · MEMORIAEQVE · AETERNAE
IOHANNIS · IOH. BAPT. FIL. DANERII · DOMO · GADITANI
MILITAVIT · VLTRO · IN · CLASS. PHILIP. V. REGIS · HISPANIAR.
IMPIGRAMQVE . EI . IN . ORANI . EXPVGNATIONE . OPERAM
NAVAVIT
MARITIMO · INDE · ITINERE · NEAPOLIM · VECTVS · CVM . CAROLO · $\overline{\text{III}}$.
NAVALI · MILITIAE · PRIMVM · SVB · EODEM · DEINDE · SVB · FERDIN. $\overline{\text{I}}$.
POSTREMO · SVB · FRANCISC. $\overline{\text{I}}$. SICILIAR. REGIB. FIDE · SINGVLARI
SINE · INTERMISSIONE · ADDICTVS
QVOD · SICILIAM · CONTRA · HOSTIVM · INCVRSVS · TVTAM · PRAESTITIT
A · VALLIAE · PRINCIP. STRENVISSIMO · TVNC · TEMPORIS · ANGL. REGNI
RECTORE · NVNC · REGE · POTENTISSIMO.ENSE · AVREO · DONAT.AN.$\overline{\text{MDCCCXIII}}$.
ADLECTVS.INTER · EQVIT.SANCTI · IANVARII.ORNATVS · TORQVIB · AVREIS
DIVOR.FERDINANDI · ET · GEORGII.ITEMQ.CAROLI · $\overline{\text{III}}$ · PRAEF.CLASS.
VNIVERSAE · VTRIVSQ · SICIL.
OBIIT · ANNOS · NATVS · $\overline{\text{CI}}$. M. $\overline{\text{III}}$. D. $\overline{\text{XII}}$. NON. IAN.$\overline{\text{MDCCCXXVI}}$
ELATVS · LVCTV · PVBLICO. IMPENDIIS · REG.

Ad basim pyramidis dextrae.

VIII. K. OCTOBR. $\overline{\text{MDCCXXIIII}}$

HAEC · PRIMA · DIES · MORTALEM

EDIDIT

Ad basim pyramidis laevae.

NON. IAN. MDCCCXXVI

HAEC · PRIMA · DIES · IMMORTALIBVS

ADDIDIT

A parte Templi dexteriore.

CONSENTIAE · PRAEFVIT · CALABROSQ· VLTERIORES
TERRAEMOTIB. DIV · LABEFACTAT · MIRIFICE · IVVIT
MESSANAM · ITERATO · GVBERNAVIT
ANNONAEQ. PENVRIA · EXTREMA · LABORANTI
SVPELLECTILI · SVA · ARGENTEA · DIVENDITA
QVAM · POTVIT · OPEM · TVLIT
VIR · ANIMI · INCOMPARAB · SIMPLEX · PRVDENS · FORTIS
VERI · SINE · FVCO · AEQVI · SINE · VLLIVS · RESPECTV
RELIGIONIS · TENACISSIMVS.

SI · NIHIL · EXTARET · TRISTI · HOC · IVCVNDIVS · AEVO
SPERANDVM · AETERNVM · HIC · VIVERE · DEBVERAT.

A parte Templi eadem.

QVI · CVM · DITESCERE · HONESTE · POTVISSET

SVA . IN · PAVPERES · OMNIA · EROGAVIT

QVI · HEREDI · NIL. PRAETER · HONOR. HEREDITAR.

TEST. RELIQVIT

HIC · REGNI · CAELORVM · HEREDITATEM

IVRE · ADITO.

A parte Templi sinisteriore.

DORMI · SANCTE · SENEX · NON · TE · MORS · OBRVIT · ILLA

DVLCE · FATISCENTEM · SED · MAGE · CONSEQVITVR

NEC · QVOD · PLENVS · ABIS · ANNORVM · DESINAT · VSQVAM

HINC · DESIDERIVM · PERPETVVM · ESSE · TVI.

HVIC

QVOTQVOT · ADESTIS

LOCVM · REFRIGERII · LVCIS · ET · PACIS

ADPRECAMINOR

A parte item Templi sinisteriore.

QVATTVOR · EN · REGES · FIRMO · TIBI · PECTORE · SEMPER
IMMOTAQVE · FIDE · SAT · COLVISSE · DATVM · EST
NIL · VNQVAM · TERNI · DE · TE · DOLVERE · DANERI
EX · VERO · INDOLVIT · QVOS · CECIDISSE · TIBI
NEC · DE · TE · QVARTVS · DOLVIT · QVID · PRAETER · ID · VNVM
QVOD · FATO · DEMVM · CEDIS · ET · IPSE · TVO

Sub Viri effigie.

IOHANNES · DANERIVS

PRAEF. CL. VNIV. VTRIVSQ. SICIL.

V. A. C̅I̅. M. I̅I̅I̅. DXI̅I̅

ANNOS · QVID · NVMERAS · ANIMVM · MAGIS · ADSPICE · DICES
HIC · SIBI · SAT · NOBIS · VIXIT · AT · IPSE · PARVM

PRO CONCIONE IVSSVS LAVDAVIT EMMANVEL TADDEIVS: ELLOGIORVM FVNEBRIVM PARTES RAYMVNDO GVARINIO, APPARATIONIS FVNERARIAE DOMINICO CUCCINELLIO IMPOSITAE.